

B. N. II, 101.
h. 21, b.

X 1880719

II R
4744

DISSERTATIONIS

DE

TITULO

NOS DEI GRA-

TIA,

Wir von Gottes gnaden/

Pars Posterior,

quam

Nobilissimi JCTORUM Ordinis

Consensu

PRÆSIDE

FRIDR. GEISLERO, Reuffendorff-Silesio,

Phil. & J. U. D. ac Instit. Imper. Profess. publ.

Præceptore atque Fautore colendissimo,

Publicæ disquisitioni

d. 20. Decembr. An. MDC LXXVII.

H. L. Q. C.

exponit

JOH. CONR. Hagelganß / Coburgensis,

Auctor & Respondens.

L I P S I Æ,

Typis & Impensis JOH. ERICI HAHNII.

BIBLIOTHECA
POMICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SALZ)





D I S S E R T A T I O N I S

DE

T H E M A

M O S D E I G R A

T H A

S U B T I T U L U S

P A R T I C U L A R I U M

DE

N O B I L I T A T E

C O M M U N I T A T I S

P R A E S I D I

F R A N C O P O N I C A E

1770

FRANCOPONICAE

FRANCOPONICAE

1770

H. A. G.


FRANCOPONICAE

J O H N C O R N E L I U S C O P I N G E N S I S

FRANCOPONICAE

L I P S I A E

FRANCOPONICAE



Verba quibus Æneas virgilianus ^a *Ligeri*
fratrem *Lucagum* alloquitur,
— *Fratrem ne desere Frater!*
meum quoque pectus feriunt. Pro-
inde cum *Germanus Frater*, circa abi-
tum suum, dissertationis de NOS DEI
GRATIA coeptæ Lampadem (uti in Thesmophori-
orum sacris β dicebant) mihi tradiderit, γ tantum ab-
est ut ejus conatus *Deserere*, ut potius eosdem, GRA-
TIA tamen FAVENTE DIVINA^δ, *Absolvere* consti-
tuerim.

a. lib. 10. Æneid. vers. 600.

β. & festis, quorum species fuerunt Promethea. videatur Th. Demp-
ster in paralipom. ad Rosini antiquitat. lib. 2. cap. 11. p. 327. A. Joseph.
Laurentius in polymath. lib. 3. synopsi 17. p. 269. b.

γ. uti constat ex Epilogo partis Prioris.

δ. hæc sunt illa Votiva verba, quæ *Gothofredus Fibigius Doct.* subinde
inseruit Titulis disputationum XIV, quibus *Georgii Frantzki Doct.*
exercitationes Justinianæas enucleavit & vindicavit. Jenæ 1640. 4.



CAPUT I.

producens

Applicationis Subjectum.

THES. I.

Hujus capitis Duo principalia erunt membra. Prius *indicabit*, Posterius *judicabit*^a: illud promiscuè colliget β personas in quarum titulis ad *DEI GRATIAM* provocatum *Fuit*, hoc autem distinctius notabit γ . personas quibus talis titulus tribui *Debeat*.

^a. Illud potissimum est *Historici*, cui *Aetorum* commemoratio incumbit. Hoc autem afficit magis *Jurisprudentem*, cui *Agendorum* in statu Civili cura curæ est.

^{β} . In Cap. hoc I. th. 2. seqq.

^{γ} . Th. 8. hujus Poster. partis.

II.

Quod *Prius* membrum concernit, tributum fuisse video illud *DEI GRATIA*, (1.) tam *Mortuis*^a quam *Viventibus*^b (2.) tam *Fœminis*^c quam *Maribus*^d.

^a. De hoc casu *Antiquissima exempla* extant. Hieron. Megiserus in *deliciis Neapolit. inscript.* 37. hæc verba recitat: Maria Regina Hierosolymitana, hic requiescit, sanctæ memoriæ excellentissima Domina, Domina Maria *DEI GRATIA*, Hierusalem, Siciliae, Ungariæq; Regina, Magnifici Principis quondam Stephani, *DEI GRATIA* Regis Ungariæ, ac relicta claræ memoriæ inclyti Principis & Domini Caroli II. & mater Serenissimi Principis & Domini Roberti *EADEM GRATIA DEI* dictorum Regnorum Hierusalem, Siciliae Regum illustrium, quæ obiit Anno MCCCXXIII. Indiēt. VI. die XXV. Martii, cujus anima in pace requiescat, Amen. Tale etiam est epitaphium, quod in primariâ urbis Neapolis basilicâ, D. Petro sacrâ, ante aram cum hæc inscriptione legitur: Gumbertus *DEI GRATIA* Marchio Brandenburgensis, Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassuborum ac Sclavo-

Sclavorum Dux, Burggravius Norinbergæ, & Princeps Rugiæ, qui obiit die Mercurii Joan. Bapt. XXIII. Junii, M. D. XXVIII. Megiferus *ibidem inscript. 35.* Ad exempla *Recentiora* refero inscriptionem, hanc monetæ funebri insertam: *DEI GRATIA* Augustus Brunovicensium & Lünæburgens. natus Anno 1579. 10. April. rexit Ducat. & Comitatus suos Annos XXXI. obiit 17. Sept. Ao. M. DCLXVI. vixit Annos LXXXVII. Menses V. Dies VII. Aliud numisma funeratitium in memoriam Magdalenæ Sibyllæ, D. Friderici Wilhelmi II. Ducis Sax. Lineæ Altenburg. Conjugis eiusum, hæc verba refert in Priori latere: *V. G. G. Magdalena Sibylla geb. auß Chursfl. Stamm und Vermählte Princ. zu Sachsen / S. C. und Berg. geboren d. 23. Xbris 1617. zu Dresden. Starb selig. d. 6. Jan. 1668. zu Altenburgk.* In altero autem latere: *Ich habe überwunden.*

β. Viventis, & utinam æternum victuri FRIDERICI, Ducis Saxoniarum in Gothâ sive Friedenstein, Patris Patriæ Augustissimi, ac Domini mei clementissimi titulus hic est: *WIR FRIEDRICH / HERZOG zu Sachsen / Jülich / Cleve und Berg / Land-Grav in Thüringen / Marggrav zu Meissen / gefürsteter Grav zu Henneberg / Grav zu der Marck und Ravensberg / Herr zu Ravensstein / &c.*

Plura exempla passim occurrentia, recensere supersedeo.

γ Videatur *lit. a. hujus th.* Huc spectat nummus exequialis Annæ Mariæ, DN. Augusti moderni Administratoris Archiepiscopatus Magdeburg. Conjugis, hisce verbis: *D. G. Anna Maria Du. Sax. Jul. Cliv. & Mont. nat. è Dom. Megap. Suer. 1. Julii 1627. nupta ibid. 23. Nov. 1647. denata Hal. 11. Decembr. 1669. vixit Annos XLII. Mens. 5. d. 10. Diploma Mehchildis Palatinæ ad Rhenum apud Petr. de Andlo lib. 2. cap. 9. p. 445.* Notabilis etiam est locus Joh. Aventini in *Annal. Bojorum lib. 7. p. 454, m.* ex latino diplomate excerptus: *Machtylda DEI GRATIA Comitissa Palatina Rheni, Ducissa Bojarie Rudolphi quondam Regis Rom. potentissimi Cæsaris filia, & Soror Alberti Regis Rom. &c.* Sic apud eundem Aventinum *lib. 7. p. 439.* Ottocari Regis Bohemiæ uxor imperiosa, Chunegunda diplomata. dat, in quibus nullâ mentione mariti habitâ portoria & immunitates donat. Diplomatis ejusmodi initium sic habet: *Chunegunda DEI GRATIA Bojemie Regina, Ducissa Austriæ, Stirie simul ac Charin-*

thiæ, Marchionissa Moraviæ, Domina Carniolæ, Liburniæ & Oeagræ ac Portus Naonis.

δ. Cumulus exemplorum in utraq; *Dissertationis hujatis* parti Priori & Posteriori, Item in *Historiis* partim obviis, reperiri potest.

III.

(3.) Non solùm principes Christianos, ^α sed etiam Turcas ^β hunc titulum affectare constat.

α. Quomodo Regis Galliæ, (qui aliàs non solum Christianus, sed planè Christianissimus B. Carpz. in *L. R. c. 2. Sect. 1. n. 19. sequ.* Christian Weisse/ *Discurs. Pol. de Carolo M. cap. 1. disc. 3. §. 5. sequ.* audire vult) Titulus concipiatur, patet ex literis Francisci I. Regis Galliæ, quibus Carolum V. Imperatorem ad duellum provocare [ipse tamen prius provocatus] ausus fuit : Nos Franciscus *DEI GRATIA* Rex Galliæ, Dominus Genuæ &c. Vobis Carolo *EADEM GRATIA* electo in Imperatorem Romanum & Regi Hispaniarum, notum facimus, Johan. Limnæus in *annotam. ad proæm. Capitulationis Caroli V. verb. Durch die Wahl. n. 58. p. 79.*

β. Consentit omnimodis J. Limn, in *Addition. priorib. ad lib. 4. J. P. c. 6. n. 15. p. 420.* ita scribens : ut hodiè invaluerunt mores, hoc titulo non tantùm Christiani, verùm etiam Turca utitur. Confer partis Prior. *cap. 2. tb. 42. litt. a. num. 9.* Phrasis nostra reperitur etiam in literis ad Ibraimum Wascham, Turcici exercitus Viennam obsidentem Ducem scriptis ; Ibraimus Wascha, *DEI GRATIA*, Primus Syriæ Secretarius, & summus Consiliarius Serenissimi & Invisibilis Cæsaris Sultani Solymani, Dux & Gubernator omnium Regnorum, & exercituum. Litteras illas Hen. Ribischius Jctus, Ferdinandi Imp. per Silesiam Quæstor ærarius, legit : *uti testatur in epistola (de rebus Turcicis ad Viennam Austriæ) ad Henr. Stromerum Auerbachensem, Med. Doct. & Consularemp Lipsiensem Vratislaviâ d. 22. Novembr. An. 1529. missâ.*

IV.

4). Magistratibus non solùm *superioribus* ^α, sed etiam *Inferioribus* ^β olim tributus fuit ; extititq; tempus ^γ, ubi Ministris quoque (puta Legatis & Deputatis) cessit.

α. Ta-

- α.* Tales adducentur in thesi sequenti & subsequenti.
- β.* de his consuli potest Joh. Jac. Draco *de jure Patriciorum lib. 3. cap. 2. pag. 233.* Martin. Rümelin. *part. 1. diff. 1. ad A. B. th. 4. litt. α.*
- γ.* In Galliâ præprimis: nam de Aliis provinciis tale quid nondum observavi.
- δ.* patescit hoc ex loco jam (*th. 3. litt. β.*) adducto de Ibraimo Waschâ.
- ε.* Testis sat locuples est Chassan. *citatus à Joh. Limnæo, partim in notitia regni Franciæ lib. 2. cap. 6. litt. mmm. p. 431. partim in Addition. prior. ad lib. 4. J. P. c. 6. n. 15. p. 420.* ubi ait: Titulus, *DEI GRATIA*, antiquitus non erat nota essentialis & certa superioritatis aut independentiæ: quoniam titulus iste tunc communis erat multis *Magnatibus, qui recognoscebant superiorem.* Videre enim adhuc hodie licet in Galliæ grammatophylacio plures literas, in quibus illi, *qui Deputati erant, adtractandum de pace aut ineundum fœdus, se Officiales dicunt, DEI GRATIA.* Eò usq; itidem ventum fuit, ut *Electus* quidam se diceret, *Electum Meldensem DEI GRATIA.* Chassaneus hac in parte secutus *Bodinum*, eundem cum eodem errorem erravit, deceptus vocabulo *Electi.* Nam, ut monet *Loyseau au traité des Seigneuries Ch. 3. n. 66. p. 45. edit. post.* non erat *ELECTUS*, eo sensu, quo illi dicuntur, *qui circa Vectigalia atq; Collationes occupati*, (qui *Budæo Duumviri vectigalium* vocantur) sed *ELECTUS Episcopus Meldensis.*

V.

Quemadmodum ibidem titulus ornat & ornavit *Ecclesiasticos*, videlicet *Papam*^α, *Archiepiscopos*^β, *Episcopos*^γ, *Magistros Ordinis militum Teutonicorum seu Marianorum*^δ, *Abbates*^ε, *prælatos*^ς, & *alios*^η.

- α.* de *Papâ* hoc asserere ausus non fuissim: utpote Exemplorum argumentis huc usque destitutus. Audaciorem tamen me reddiderunt verba (quanquam etiam subdubitantia.) *I. C. Becmanni in notit. Dignit. illustr. diff. 7. c. 2.:* Titulum cum secularibus proceribus communem habet, *DEI GRATIA* seu *Divinâ Providentiâ*, quo Pontifex M. ferè uti solet: *Pius Divinâ Providentiâ* Papa IV., *Innocentius Divinâ Providentiâ* Papa X., *Alexander Divinâ Providentiâ* Papa VII. &c. Confer *Bullas & Brevia Pontificum* passim.

β. in

- β. *in Genere* de Archiepiscopis loquitur pars Prior *cap. 3. th. 51. litt. a.* Hoc loco autem *in Specie (1.) de Archiepiscopis in Germania* aliquid notandum est De Moguntino legimus, quod A. C. 1354. in attestato publico parilem præscripserit titulum: **Wir Gerlach / von Gottes Gnaden / des H. Reichs zu Mainz Erzbischoff.** in Artic. Werthem. f. 14. *in append.* Ita etiam incipit Ordinatio Provincialis Alberti, Cardinalis, Archiepiscopi Magdeburgensis, &c. de dato Halberstadt 1544: **Wir Albrecht / Von Gottes Gnaden / der H. Röm. Kirchen des Titels S. Petri ad vincula Priester / Cardinal und Legatus natus, Erzbischoff zu Magdeburg und Mainz / Primas des H. Römischen Reichs / durch Germanien Erz-Canzler und Chur-Fürst / Administrator des Stiffts Halberstadt / &c.** Jac. Aleman. *Paestr. Consult. Jur. 8. p. 587.* Plura testimonia reperiri audio apud Trithem. *in Chron. Sponhaimens. sub Adelberto, Archiepiscopo, An. 1127. fol. 244. in Operibus.* Addatur *infra cap. 2. th. 28. (2.) in Galliâ* res est in propatulo. Evolvatur J. Limn. *in notit. Regni Franciæ lib. 2. cap. 6. litt. iii. p. 429.* de Archiepiscopo Parisiensi, qui in licentiâ imprimendi librum quendam (cui titulus Gallia Christiana) tali exordio utitur: Johannes Franciscus de Gondy, **DEI GRATIA**, & sanctæ Apostolicæ sedis Parisiensis Archiepiscopus. (3.) *de Archiepiscopis in Angliâ* nos confirmat Joh. C. Becmannus *in notitia Dignit. illustr. diff. 1. cap. 3. th. 6.* ita scribens: Archiepiscopi in Angliâ hodiernum eodem gaudent titulo. Quem & Rex (quod bene notandum) in literis suis ipsis tribuit. Vide *infra cap. 2. th. 27. litt. a.*
- γ. *in Genere* de Episcopis hoc observare licet inter epistolas Petri Blesensis, item inter diplomata Leodiensia apud M. Zuer. *Boxhornium de Republ. Leodiensi.* Joh. Helffr. Clotz, *dissert. de titulis honorif. cap. 5. §. 3.*
- in Specie autem (1.) de Germania* Episcopis occurrunt testimonia quamplurima in den Reichs Abschieden. Talia etiam offeruntur apud D. M. Lutherum *Part. I. & II. aller Bücher und Schrifften edit. Altenburg.* Item apud G. Ph. Harsdörfferum *im Teutschen Secretario sub tit. Wichtige Canzeley- und Rechts-Sachen betreffende Brieffe: & part. 2. sub rubr. in wichtigen Geschäften und Canzley-Brieffen bestehend.* Præterea apud Joh. Strauch. *exoter. diff. 1. pag. 34.* & Nic. Mylerum *de Statibus imperii parte 1. cap. 30. §. 5, 6. p. 297. 298.* Exempla exhibentur. (2.) de

(2.) de Gallia Episcopis legi potest Mercure Francois tom. 2. pag. 313. & tom. 10. p. 524. & 527. Loyseau des Seigneuries Ch. 3. n. 67. Joh. Limn. Addit. priorib. ad lib. 4. J. P. cap. 6. num. 15. pag. 423. Idem Limn. in notit. Regni Franc. lib. 2. c. 6. litt. iii. p. 429.

(3.) de Anglia Episcopis verba Georg. Hornii Orb. imperant. can. 3. pag. m. 339. heic adscribere operæ pretium esse existimo: Vivo Jacobo VI. M. Britannia R. nemo Episcoporum ausus fuit suum officium à GRATIA DEI deducere, sed fatebantur, se solius Regis arbitrio stare; quod sub Carolo I. Ejus filio mutatum.

(4.) de Episcopis Italiae confirmat nos Donat. Jannotius Florent. in dialogis de Re publ. Venetorum pag. 472. & adducit exemplum, quod allegatum est in partis Prioris thesiss. litt. a.

d. uti locat & vocat Carol von Hagen in Jurisprud. Publ. lib. 1. cap. 4. §. 6. p. 56. Cæterum spectat huc, quod annotavit M. Zuer Boxhorn. de Leodiens. Republ. p. m. 23: Magni Magistri Teutonici Ordinis hodiernum nomen & titulus est: Wolfardus DEI GRATIA Administrator in Borussia, &c. Rectissime autem ei hanc inscriptionem competere inde colligitur, quia in Dignitate major est Episcopo, veluti Archiepiscopi vices subiens. Qvin & in Comitibus Imperii, hat der Hochmeister Teutsches Ordens auff der geistlichen Fürsten-Banc die nächste Session nach den Erzbischoffen und den Vorsitz vor allen Bischoffen. Ruland. de Commission. part. 2. lib. 2. cap. 11. num. 40. litt. C. fol. 56. D. A. zu Augspurg/ 1528. in catalogo subscriptorum.

e. Patet hoc ex Ahasv. Fritschii manuali juris publ. p. 1. Matth. Stephani synopsi de jurisdic. lib. 2. cap. 7. n. 40. Antiquitatibus Fuldensibus Christoph. Brovveri passim. De Abbatibus Galliae etiam hoc privilegium exhibet Loyseau des Seigneuries, Ch. 3. n. 67. Olim sanè titulus Von Gottes Verhängniß usitator erat, so aber nunmehr nicht sonderlich im Gebrauch ist/ inquit Spathe in der Secretariat-Kunst vol. 1. part. 2. cap. 23. p. 466. Christ. Besold. thesaur. pract. litt. G. n. 74. fol. 329.

§. Th. Höpink. tract. de Insign. cap. 22. §. 2. num. 33. p. 1015. Paul. Voët. comment. ad proœm. Inst. p. 12. Addatur Fritschius & Stephani in locis supra allegatis.

n. Nec illo titulo abstinuit Decanus Ecclesiae Moguntinensis, ut legitur in der Gräflichen Stollbergischen deduction wegen Königstein/ &c.

in den Beylagen/ n. 3. apud Huld. Eiben in *dissertat. de potestate Principum imperii cap. 9. §. 2. p. 455.*

VI.

Ita quoque ornasse legitur *Seculares*, nimirum Imperatores α , Reges β , Electores γ , Duces δ , Delphinos Galliae ϵ , Marchiones ζ , Comites η , Barones θ , & Nobiles ι .

α de Imp. Rom. *Occidentalibus*, res est liquida, teste *tit. de Pace tenenda, inter subditos 2. F. 33. tit. de prohibita Feudi alienatione 2. F. 55. tit. de Beneficiis 5. F. 1. &c.* Videantur etiam hinc inde adducta exempla tam in parte *Priori* quam in hac *Posteriori*. Sed quid de Imp. Romae *Orientalis* seu *Byzantinis* & *Constantinopolitanis* dicendum? Resp. Hi simile quidpiam habuisse videntur, quando ipsis datum est nomen $\Theta\epsilon\omicron\varsigma\epsilon\Phi\omega\nu$ i. e. à DEO coronatorum. Joh. Frischman. *ad Plinii panegyri. c. 1. §. 3. p. 3. a.* Præterea non solum $\Theta\epsilon\omicron\varsigma\epsilon\Phi\epsilon\iota\varsigma$ audire voluerunt, sed etiam $\epsilon\kappa\ \Theta\epsilon\omicron\varsigma\ \pi\rho\omicron\beta\lambda\eta\theta\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon\varsigma$: & in nummis imagine usi sunt, quasi *Cælitus corona sibi imponatur*. Nec verò aliò spectasse videtur & ille titulus eorundem: *in Christo DEO fidelis Imperator*. Eorundem exemplo videtur ortum cognomentum *Sacri*, ipsi Romano Imperio à primo fortè Friderico Barbarossa attributum. Etsi enim ipsimet Græci Cæsares *Sacri* aut Άγιοι antiquo gentilismi more audirent, idque elogium sibi dari haud ferret Fridericus; videtur tamen personæ *Cæsarium* denegatum in ipsam *Rempublicam* illum transtulisse. Herman. Conringius *in annot. ad Jac. Lampadium cap. 2. part. 3. pag. m. 104. sequ.* Communio autem Byzantinorum titulum fuisse $\epsilon\nu\ \chi\rho\iota\varsigma\tau\omega\ \eta\theta\epsilon\omega\ \pi\iota\varsigma\omicron\varsigma\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma\ \tau\omega\nu\ \rho\omega\mu\acute{\alpha}\iota\omega\nu$ seu $\epsilon\nu\ \Theta\epsilon\omega\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$, ait J. C. Becman. *in notit. Dignit. illustr. diff. 1. cap. 3. th. 6.*

β . Consulantur meditationes *ad th. 42. partis Prioris*. Item Hieron. Megiseri *delicia Neapolitane*. Joh. Jac. Speideli *Specul. Jurid. lit. G. n. 155. p. 519.* & *Theatrum Europæum passim.*

γ . Vid. Joh. Helffr. Clotz. *diss. de tit. honorif. cap. 5. §. 3. per tot.* Item: *th. 83. partis Prioris*. Quamplurima quoque exempla occurrunt in corpore *Juris Saxonici* & apud *juris Publici scriptores*.

δ . (1.) *De Germania Ducibus* consentientes habemus prædictum Clozium *loc. cit. §. 4.* G. Ph. Harsdörfferum *im Teutsch. Secretar. Part. 1. sub*

sub tit. Wichtige Geschäfte, und Tantzley, Brieffe. Part. II.

tit. Wichtige Geschäfte, und Tantzley, Schreiben. (2)

Duces Venetae reipublicae hoc titulo usos fuisse, constat ex tb. 54. 55. 57. partis Prioris. Legitur etiam apud Mercure Francois tom. 5. p. 212.

DEI GRATIA, Johannes Bembus Dux Venetiarum. (3.) antiquitus Ducis Aquitaniae Normanniae & Britanniae formulam hanc usurpasse, annotat Vignier de l'ancien estat de la petite Bretagne, p. 283. apud J. Limnaeum in addit. priorib. ad lib. 4. c. 6. n. 15. p. 422. (4.) de Duce Aurelianensi idem dicit Matthieu liv. 7. de l'histoire de Louys XI pag. 341 & liv. 11. p. 638.

ε. Loyseau des Ordres ch. 7. n. 40. p. 114. Joh. Volk. Bechmann exoter. exercitat. 12. tit. 24. n. 26. J. Limn. in notit. Regni Franciae lib. 2. cap. 6. lit. kkk. Hoc loco fatendum est, me dubitasse, utrum Delphinum s. Primogenitum Franciae praepone, an verò postponere Ducibus & Principibus possem? tandem, cum Imperii nostri Ducis cogitarem, Eundem postposui, persuasus comprimis à Joh. Limnaeo; utut Loyseau apud eundem lib. 2. Notit. Regn. Franc. cap. 21. in not. sub litt. γ. dissentiat.

ζ. De quibus Hieron. Megiserus in deliciis Neapolit. inscript. ad pag. 37. de Veteribus Franciae Marchionibus Mons. de Serretz l. 2. cap. 4.

η. Per ea, quae tradunt latè J. H. Clotz. diff. de tit. honorif. cap. 5. §. 5. c. 8. §. 3. Matth. Stephani in Synops. Juris dict. lib. 2. cap. 7. n. 40. Casp. Klock. de contribut. c. 4. n. 146. Just. Reinh. Robbigius Lex. Crit. lib. 3. cap. 9. pag. 132. seqv. De antiquis Comitibus Tholosa, Flandriae, Campania, videndus Vignier de l'ancien estat de la petite Bretagne, pag. 283.

θ. Per exemplum probat laudatus Robbigius dicto loco, cui assentitur J. H. Clotz. ibidem cap. 5. §. 6.

ι. Ita Rudolphum D. G. Nobilem de Niffen A. 1293 scriptum invenimus. Docum. rediv. Würtenb. Monast. p. 515. citata ab Huld. Eyben in diff. de potestate Princip. imperii c. 9. §. 2. p. 455.

VII.

Adeò ut laudatus titulus per totam Europam ejusq; nobilissimas Provincias, Germaniam^α, Galliam^β, Hi-

spaniam γ, Portugalliam δ, Britanniam ε, Daniam ζ, Sveciam η, Poloniam θ, & Venetam ditionem ι, increbuerit.

- α. Patet hoc in Principp. & Statibus Imperii Germanici, qui se *DEI GRATIA* esse scribunt: quod lemma in toto capite 30. partis 1. de Principp. & Statib. Imperii persequitur Nic. Mylerus pag. 51. m. & p. 77. m. Dum autem Principibus Germaniæ in Genere titulum *DEI GRATIA* adfero, colligi facile potest, eundem (nunc produco verba Gerh. Feltmanni de titulis Honorum cap. 57.) non ad eos tantum pertinere, qui *Hereditario jure* in ditiones succedunt, aut nascuntur Principes, sed etiam ad *Ecclesiasticos* spectare, per ea quæ de Imperatore disputat J. Limn. de *J. P. lib. 4. c. 6. n. 23. sequ.*
- β. Huncce enim titulum *DEI GRATIA* præ cæteris optimè convenire Regi Galliarum, communis vox Gallorum est. J. J. Speidel. *spec. Jur. litt. G. n. 155. p. 519. b.* Causam dixit Bacquet. *par. 3. c. 25. fol. 80.* Adiri quoque potest Limnæus in *Capitulat. Caroli V. Imp. ad proœmiâ verba: Von Gottes Gnaden. p. 47.*
- γ. Non repetam hic quod in *ib. 42. litt. δ. part. Prioris* dictum est. Placeat interim hic subnectere titulum Ferdinandi Catholici, quem offert Hier. Megiserus in *deliciis Neapolitanis cap. 22. pag. m. 317:* Ferdinandus *D. G. Rex Catholicus, Castellæ, Aragonum, utriusq; Siciliæ, Hierusalem, Granatæ, Toleti, Valentia, Majoricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corficæ, Giennis, Algarbii, Gibraltaris, Insularum Canaria, &c.* Apud I. C. Becmannum in *not. Dignit. illustr. diff. 3. c. 1. §. 2. p. 62. pr.* Legitur etiam titulus Philippi III. ita conceptus: *Don Phelippe POR LA GRACIA DE DIOS Rey de Castilla, de Leon, &c.* Add. Georg. Horn. *Orb. Imperant. p. m. 299.*
- δ. Portugallia Regis titulus est: Alphonfus *D. G. Rex Portugallia, Algarbia & citerioris atqve ulterioris Lateris Oceani Africani, &c. Diar. Europæum Contin. V. ad An. 1660. Mense Decembr. Mart. Zeiller. epist. 435. p. 444.* recitat verbis Hispanicis. Addatur Gramondus *histor. Gall. lib. 1. pag. m. 71.*
- ε. Ruminenturea, quæ *suprà ib. 42. litt. ε. part. Prioris* suggesta sunt.
- ζ. In Privilegio ab Erico R. Dania Episcopo Revaliensi A. 1249. dato ita

ita legitur: Ericus *DEI GRATIA* Danorum, Slavorumque Rex. Pontan. *hisor. Dan. lib. 7.* Successor ejus Abel: *D. G. Danorum Slavorumque Rex, &c. ibid. fol. 340.* Similiter in Christiani IV. Daniæ Regis Absage: Schreiben contra Carolum IX. Regem Sveciæ, hæc formalia apparent: Wir Christian der Vierdte von Gottes Gnaden / zu Dennemarck / Norwegen / König / &c. fügen dir Carl dem IX. König in Schweden zu wissen / &c. Sleidanus *continuatus* in Beschreibung Geist- und Weltlicher Sachen / *part. 3. ad An. 1611. fol. 477.* Idem in einem andern Brieff an die Schwedischen Stände / *fol. 462.* Adde den Randsburgischen Recess, wie er von iesziger Königl. Maj. Christiano V. von Dennemarck ratificiret worden den 10. Jul. An. 1675.

7. Carolus IX. Rex Sveciæ in litteris diffidatoriis contra Christianum IV. Daniæ R. ita apud dictum Sleidanum *continuum*, *fol. 476.* scripsit: Wir Carl der Neundte / von Gottes Gnaden / der Schweden / Gothen / Wenden / Sinnen / Carellen / Lappen / Nord-Lappen / Cajaner und Ester in Liffland König / &c. lassen dir Christian dem Vierdten / König in Dennemarck wissen / &c.
8. Uladislaus IV. Poloniae Rex litteras, quibus colloquium Thoruniense indicit, talibus verbis incipit: Uladislaus IV. *DEI GRATIA*, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitia, Massovia, Livonia, Sievierien, Smolenscen, Czernicovien, nec non Svecorum, Gothorum Vandalarumque Hæreditarius Rex, Regni nostri, & M. D. Lithuaniae, & Provinciarum eis adnexarum Incolis, Augustanae & Reformatæ, ut vocant, confessionis, Gratiam Nostram, &c. Datae Varfaviae, 1. Decembr. An. 1644. Videatur *tb. 42. litt. a n. 1. partis Prioris.* Coniungantur relationes historicæ (brumales) *ad A. C. 1676. im Anhang / part. 3. ubi copia litterarum Universalium,* ad intimandam moderni Regis Poloniae Coronationem (*emissarum die 9. Nov. 1675.*) offertur sub hoc exordio: Johannes [der III. von Gottes Gnaden König von Polen.
9. In diplomate quodam hæc leguntur: Vitalis Faletus, *DEI GRATIA* Dux, unâ cum Petro Bacuario venerabili nostro Patriarcha Gradensi, &c. Donat. Jannotius *Florent. dialogo de republ. Venetâ p. 470.* Huc spectarent quæ exhibet J. C. Becmann. *in notit. dignit. illustr. dissert. 1. cap. 3. tb. 7. p. m. 27.* Hieron. Megiser. *in der Beschreibung*

Schreibung der Herzoge zu Venedig p.m. 359. Confer etiam
ib. 54. & 55. part. Prioris.

IIX.

Nunc ad *Posterius* membrum procedendum est,
 & quærendum, Quibusnam titulus *DEI GRATIA*
 jure (Hodierno α comprimis) *Debeatur?* Primo in-
 tuitu videtur cuivis β Homini, ne dum Christiano γ
 Apostolica δ effata sequenti ϵ , competere.

α . In Titulis enim Tempora maximè variant, (vide *Spathens Secretariat & Kunst Part. 1. cap. 22.* Von der Betitelung und Ehren-
 Wörtern bey der Überschrift der Brieffe. pag. 405 seqq.) compri-
 mis autem Tempora Nostra. Quæ tamen ideò approbationem
 Theod. Höppingi non merentur, sic alibi (*de jure Insign. c. 22. §. 3. n.*
151. p. 1028.) scribentis: *Quemadmodum, cum ligneis uteremur,*
Calicibus, aureos Sacerdotes habebamus, nunc aureos habemus
Calices & ligneos Sacerdotes: ita ferè dici potest de ambitione, su-
perbiâ, luxuriâ & multiplicatione, quæ hodiè circa Titulos & Hono-
rum vocabula versatur. Olim enim Virtutibus & Meritis in re-
 publ. certabatur; hodiè meræ de Titulis contentiones. Satis ner-
 vosa quoq; verba G. Ph. Harsdörfferi in *Teutschen Secretar. part.*
2. in der Vorrede von den Ehren-Titulen.

β . Cuivis enim Homini applicari potest, quod Actor. XVII. 28. dici-
 tur: in DEO sumus, movemur & vivimus. Pertinet hûc quoque,
 locus Ambrosii *lib. 2. cap. 9. de Vocat. Gent.* sive Initia, sive Profectus
 fidelium, sive usque in Finem perseverantiam cogitemus, nullum
 genus, nullaq; species cujusq; virtutis occurrit, quæ vel sine do-
 no *DEI GRATIÆ*, vel sine consensu *Nostræ Voluntatis* habeatur.
 Ipsa enim *Gratia* hoc omni genere medendi & auxiliandi agit, ut in
 eo quem vocat primam sibi receptricem & famulam donorum suo-
 rum præparet *Voluntatem.* Andr. Muscul. *loc. com. tom. 2. pag. 8.* A-
 gnovit hoc etiam Plinius (Gentilis homo) in *panegyrico ad Traja-*
num Imp. inq;uens: Nihil ritè nihilq; providenter homines sine
DEORUM immortalium ope, consilio, honore auspiciantur.
 γ . Cui familiarior est *GRATIA DEI.* Vide elegantissimum locum
 apud

apud J. J. Speidelium in *spec. Jur. litt. G. n. 155. fol. 519. a. in tb. 40. partis Prioris* allegatum.

d. S. Apostoli effatum est *1. Cor. XV. 10.* Sic etiam ait *1. Cor. III. 10.* Ich **Von Gottes Gnaden** / die mir gegeben ist / habe den Grund gelegt / als ein weiser Baumeister.

e. Secutus indubiè est Pauli effatum D. Mart. Lutherus in *initio libri contra Henricum IX. Regem Anglia, Part. II. seiner Bücher und Schrifften fol. 189. edit. Altenburg.* Martinus Luther / **VON GOTTES GNADEN** / &c. Heinrichen / von Gottes Ungnaden König in Engelland / &c. Non abludit ab hoc loco monitum pium Philippi Horstii (quondam Prof. Publ. in Academiâ Salanâ) in *epistolographia lib. 1. sect. 1. cap. 3. p. 23.* scribentis: quanquam in usu esse hæ exordiendi formulæ desierunt, nihil tamen causæ est, cur non à nobis Christianis quasi postliminio revocari & usurpari Possint, quin aliquando Debeant, ut rectè censet Lud. Vives *c. de rebus Epistolarum*, & cum eo Alii. e.g.

Si vales benè est: Ego **DEI GRATIA** valeo bellissimè.

Si vales benè est: Ego **DEI GRATIA** sic vivo & valeo, ut nunquam penè in vitâ svavius.

Si rectè vales, Charissime Pater, unà cum svavissimâ matre, bene est, nos hîc **DEI DONO** perbelle valemus.

Si rectè vales, est quod plurimum gaudeam, æquidem hîc **BENEFICIO DEI** valeo rectissimè.

Si tu, tuâq; svavissima Conjux, reliquaq; familia valetis, est cur maximoperè gaudeamus, nos **DEI MUNERE** valemus ex sententiâ.

IX.

Accuratius autem rem intuenti apparebit, distinguendum esse, inter locutionem *Grammaticam* & *Politicam* ^a, aut (uti in evolutione vocis Monarchiæ subindè distingvitur ^β,) inter sensum *Theologicum* & *Politicum*.

a. Distinctionem hanc applicavit quoq; præsentî negotio Christianus Weisius in *dissert. de moralitate Complimentorum cap. 1. §. 5.* ita differens: sicut Principes, cum dicuntur Potentissimi, tales non creduntur.

tur esse *Absolutè* sed *Comparatè* inter suos subditos &c. Par ratio est, cum Principes in titulo prædicant GRATIAM DEI. *Grammaticè* enim quivis Christianus per regenerationem Gratiâ DEI imbutus, Pauli verba repetere potest: *Gratiâ DEI sum, id quod sum.* At *Politici* nunc *Immediatâ* ex à Deo dependentiam ex istis verbis arguunt. Ad eundem scopum collimare videtur Henr. Petr. Haberforn in *Decision. jur. qu. 134. pag. 226.* Sensum tituli *Communiorem Theologicum & Popularem* à sensu *Singulari Politico & Energetico* distingvens. β. à Christ. Matthiâ in *theatri historici prolegom. §. 2. p. 1.* item in *system. Polit. exercit. 2. sect. 3. p. 229. m.*

X.

Secundum locutionem *Grammaticam & Theologicam* concedi potest, ut *Quilibet* se *GRATIA DEI* esse cogitet; sed secundum sensum usumq; *Politicum* titulus *NOS DEI GRATIA* vix aliis competet, quàm qui *superiorem Non agnoscunt* *.

* Ne decisio mea alicujus Audaciæ accusari possit, ingenuè Autorum quorundam vota & responsa dabo. Sic certè sentit Jac. Andr. Cru-
fius in *Tractat. Politic. Jurid. Historico lib. 1. cap. 5. ibi*: hodiè *Propriè* convenit illis qui *superiorem Non* recognoscunt. ut & Joh. Limn. in *notit. Regni Franciæ lib. 2. cap. 6. ggg. ibi*: *Propriè* hoc illis convenit, qui *superiorem Non* recognoscunt, nec non Chassan. *consuet. Burgund. in Proæm. ad verb. Par la Grace de Dieu*, citante Johar. Christ. Becmanno in *notit. Dignit. Illustr. dissert. 1. cap. 3. th. 7. pag. m. 26. ibi*: qui *superiorem Non* habent. Addi potest Baro de *Benefic. Feudal. lib. 2. cap. 1. per text. in c. quod. jure, distinct. 8.* quem allegat Menoch. *consil. 2. num. 104.* Cum his consentiunt alii, verbis licet aliis usi: Huld. Eyben *dissert. de potestate Principum imperii cap. 9. §. 1. p. 454. ibi*: Summi principes. Hobbes *Leviathan cap. XLII. p. 265. ibi*: Summorum imperantium solum fuerit, in titulis habere, *DEI GRATIA Rex*. Theodor. Reinkingk in *Regim. Sec. & Ecclesiast. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 24. pag. m. 601. ibi*: Principes & alii superiores *Immediati* hisce similes *GRATIÆ DEI* dignitatem suam acceptam faciunt. Paul. Voët. *Comment. ad Proæm. Inst. pag. 12. ibi*:
qui

qvi Absoluto gaudet dominio. Joh. Limn. *in Addit. poster. ad jur. Publ. lib. 4. cap. 6. pag. 245. ibi*: qvi sunt Absoluti. Mart. Rümelin. *part. 1. dissert. 1. ad A. B. th. 4. pag. 15. ibi*: domini Absoluti. Locutionibus talibus non absimilis est ea quam exhibet J. Limnæus *in addit. Priorib. adjur. publ. lib. 4. c. 6. num. 15. pag. 421. in his verbis*: qvi neminem Mortalium observare tenentur. Hisce subjungenda veniunt Matth. Stephani *in tractat. de Jurisdictione lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 40. verba*: qvi solum DEUM & Ensem recognoscit. Eadem effert Andr. Knichen *in comment. de Saxon. non provoc. Jure & Privil. ad verb. Ducum Saxonie cap. 1. fol. 180. Chr. Besoldi polit. sect. 1. cap. 2. §. 6. de Majestate in genere p. 17.*

XI.

Ex quo Tria facile colligi possunt: 1. quod ille titulus rectè vocetur *Sublimis phrasis* α , *Sublimis locutio* β , & *Symbolum Axiomaticum* γ .

α . Ita vocatur apud Matth. Stephani *in Tract. de Jurisdictione lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 40.*

β . Idem *ibidem*. Adde nervosa verba Argentæi: *ad consvet. Britan. art. 56. num. 3. scribentis*: titulum DEI GRATIA Summi & Illibati imperii decus esse, & Prærogativæ nulli mortalium obnoxia.

γ . H. P. Haberforn *in Decision. juris qu. 134. p. 226.*

XII.

2. Colligitur, quod ordines *Liberæ alicujus reipublicæ* (veluti Venetæ α , Belgicæ, Helveticæ) hanc scribendi formulam vocesque *DEI GRATIA* sibi vindicare possint β .

α . De quorum Ducibus supra §. 7. litt. 1. actum fuit.

β . κατὰ πῶδα recitavi verba solertissimi Gerh. Feltmanni *in tract. de Titulis Honor. cap. 57. pag. 239. quibus subjicit hæc*: Nullam enim rationem video, cur illis (*Liberis rebus publicis*) negari debeat formula ea, quæ Ecclesiasticis principibus conceditur. Eandem mentem [*& quidni?*] Liberæ reipublicæ i. e. Begii fœderati civis Marc. Zuer Boxhornius *in Polit. lib. 1. c. 4. p. 42. prodit in his verbis*: ex Majestate

C

impe-

imperantium natae sunt illae formulae, quibus Principes, quique adeo praesunt liberis Rebuspublicis, scribunt, *DEI GRATIA* se tales vel tales Principes esse, *Wir von Gottes Gnaden*.

XIII.

Qv. an in hunc censum referri possint *Liberæ civitates imperiales*? Posse puto; etiamsi Praxis hæctenus non annuat. *

* Quemadmodum enim Civitates imperii sibi *Cancellarios* eligere atque constituere possunt, æquè ac Principes imperii; utut hæctenus Modestia jus suum temperaverint & *Syndici* nomen usurpaverint, Joh. Beliz *idea jur. Publ. tab. 7. qv. 22.* ita eadem sibi titulum *NOS DEI GRATIA* Jure adaptare possent, licet *Exercitio* adaptandi hucusque (quantum resciscere potuimus) abstinerint.

XIV.

3. Colligitur, quod Rebuffus * non sine causa statuerit, eos, qui *Recognoscunt superiorem*, licet Imperii jura habeant, eam tamen locutione uti non solere nec debere.

* *Ad constitut. Reg. tom. 2. tract. ut beneficia ante vacationem. ant. 2. gloss. 1.* uti citatur ab Andr. Knichen in *commentario de Saxon. non provocandi jure & privilegio. sub verbo: Ducum Saxonie c. 1. n. 81. seqq. p. 183.*

XV.

Objicis: imò constat ^a, etiam illis titulum *DEI GRATIA* concedi, qui *Agnoscent superiorem*? Respondeo: de *Olim*-temporibus ^β hoc potius asseruerim, quam de *Hodiernis*. ^γ

^{a.} etiam ex hujus partis Posterioris *th 456*.

^{β.} Antiquitus (inquit Joh. Limnæus in *addition. Priorib. ad jur. publ. lib. 4. c. 6. n. 15. p. 420.*) titulus *DEI GRATIA* non erat nota essentialis & certa Superioritatis aut Independentiæ: quoniam titulus iste tunc Communis erat multis magnatibus qui recognoscebant Superiorem. &c Idem paulò post *p. 422. m.* addit: ab Usu & praxi cujusque regni hic titu-

titulus, respectu Membrorum, dependere solet. Inde est, quod, licet in Gallia *Olim* Pluribus attributus fuerit; *Hodiè* tamen Paucioribus attribuatur.

- γ. Audiantur verba scriptoris non *Proletarii*, sed qui (judicio politissimi J. Henr. Bœcleri in *museo* p. 66. m) è Germanis nostris unus est ex Tribus viris, qui non ad Sui tantum, sed ad Omnis ævi exemplum & memoriam Illustris existit, nimirum Generosiss. Dom. Veit Ludw. von Seckendorff/im *Teutschen Fürsten Stat part. 2. c. 1. n. 5. p. 24*: Kein Land-Stand pfleget heute zu Tage/ ob gleich solches vor Alters nicht ungewöhnlich / und etwa mehr ein Zeichen der Demuth als der Hoheit gewesen / den Titul Von Gottes Gnaden / bey seinem Namen zu setzen / oder / wenn er gleich Gräffliches Standes ist / sich / wenn er mit seinem Landes-Fürsten redet / oder Ihme schreibet / **Wir** / zu heissen / wie der Landes-Fürst von sich zu schreiben pfleget / und damit seinen Höchsten nach Gottes Willen habenden Regiments-Stand / und Vorzug vor seinen Unterthanen / üblichen Gebrauch nach / anzeiget.

XVI.

Si verò quis quærat, annon *Hodiernum* alicui *Inferiori* concedi queat à *Superiori*? Respondeo quidem, quod sic α; sed ut insimul distingvam 1. inter titulum qui *Propriè* alicui competit, & qui *Non*. β 2. inter prædicata *Auctoritatis*, & emblemata *Pietatis* γ.

α. Gerh. Feltman. de *titul. Honorum* cap. 57. §. quin autem alicui *Superiorem* agnoscenti indulgeri queat, id *Extra dubitationis aleam* positum. Barthol. Cassan. ad *consuetud. Burgundia in proœm. ad verba: par la grace de dieu* n. 3. Hinc quidam sunt, qui Germaniæ Principibus titulum DEI GRATIA per modum Privilegii concessum fuisse statuunt. videatur partis Prioris *tb. 93. litt. α. adde tb. 95. litt. β.*

β. Hujus distinctionis moderamen suggerunt *Dd.*, quando asserunt, quod titulus DEI GRATIA iis, qui *superiorem* Non recognoscunt, *Propriè* debeat & deferatur. Videatur igitur J. Limnæus in *notit. regni Franciæ* lib. 2. c. 6. litt. ggg. ibi: *Propriè* hoc illis convenit. Idem lib. 4. *jur. publ. c. 6. n. 22. in his verbis*: qui DEUM & Ensem tantum

superiorem agnoscunt, iis *Propriè* NOS DEI GRATIA convenire, asseruit Rebuffus. Jac. Andr. Crusius in *tractat. polit. jurid. histor. lib. 1. c. 5. p. 40. ibi*: Hodie *Propriè* convenit illis.

γ. Exfertis verbis talia loquitur Marc. Zuer Boxhornius in *polit. lib. 1. cap. 4. p. 42. ubi ait*: Distingvendum est inter formulas Pietatis & Auctoritatis. Formulâ *Pietatis* utuntur, qui Aliquem superiorem habent; *Auctoritatis* verò, qui Nullum majorem agnoscunt.

CAPUT II.

observans

Applicationis modos.

THESES. XVII.

Quantâ varietate in exprimendo hoc titulô ludatur, Exempla hinc inde adducta * evincunt. Potest tamen illa varietas ad Tria Capita restringi: nimirum ad ἔλλειψιν, διαίρεσιν & συνδυασμόν.

* in cap. 2. partis Prioris.

XIIX.

1. ἔλλειψις & *Omissio* contingit *Bifariam*: nam aliquando omittitur *NOS*, ita ut solius *GRATIÆ DEI* fiat mentio *.

* Hoc tamen *Veteribus* Principibus familiarius esse deprehendo, quàm *Recentioribus*. Quin & illud invenio, quod *GRATIA DEI* potius *Post* Nomen Principis, quàm *Antè* illud indicetur. Cui rei fidem faciunt exempla consequentia. Ludovicus Pius Imp. in diplomate Traditionis factæ Hrabanô Abbati Fuldensi, super prædio Uresprungen. his verbis incipit: I. N. D. E. S. N. Ludovicus *Gratia DEI* Rom. Imp. Aug. omnibus suis familiaribus & totius regni fidelibus, uti refert Christ. Brovverus in *Antiqu. Fuldens. lib. 3. cap. 13. p. 220*. Henricus IV. Imp. in epistolâ ad Ordines Rom. Imperii: Henricus *DEI Gratiâ* Rom. Imp. Aug. Archiepiscopis & cæteris Saxonie Principibus, ac etiam reliquo Populo, Gratiam & dilectionem dignantibus

bus eam recipere. Just. Reuber. *in Hist. Imp. fol. 200.* Henricus VII Rex Rom. in Privilegio d. An. Ch. 1311. quo confirmantur omnia jura & Possessiones Ordinis in Pomeraniâ : Henricus *DEI Gratia* Rom. Rex semper Aug. universis, &c. Joh. Strauch. *exoter. diff. 1. pag. 34.* Wenceslaus *DEI Gratia* Romanorum Rex semper Aug. & Bohemiæ Rex, illustri Ruperto Seniori, Comiti Palatino Rheni, sacri Imperii Archidapifero, Bavariæ Duci, Principi & Consanguineo nostro Charissimo, gratiam nostram & omne bonum. Petr. de Andlo *de Imperio Rom. Germ. in not. lib. 1. cap. 1. p. 277.* Anno 1340. 1344. 1348. 1350. 1351. 1355. hat sich der Graf Conrad. der I. zu Oldenburg bißweilen geschrieben : Conradus Domicellus *DEI GRATIA* in Oldenburg. Bißweilen auch also : Conradus Domicellus *DEI GRATIA* Comes in Oldenburg. Chr. Lud. Dietherrus *in addition. ad Besoldi thes. pract. litt. G. n. 74. p. 329.* Plura exempla temporis redimendi & chartæ parcendæ caussâ non addo.

XIX.

Aliquando etiam *GRATIA DEI*, ad quam in titulo provocare potuisset, dissimulatur *.

* Quo casu unicum illud *NOS* extat. Observationem hanc debemus Just. Reinh. Robbigio *lib. 3. Lex Crit. cap. 9. p. 133.* cujus verba hæc sunt : obiter notandum, Comites multos, ut & Barones scribere, *NOS* absq; illo : *DEI GRATIA*. Et sic quidem, in Populi modum, Plurali locutione uti integrum principibus & liberum est.

XX.

2. *Διείρεσις* 1. *Separatio* occurrit, si Tota quidem formula, sed sub *Disjunctione* & *divortio* partium adducitur*.

* ita ut 1. ponatur *ſc̄ NOS*. 2. Nomen Principis. 3. *DEI GRATIA*. Quod dico, Exemplis (uti ait Julianus *L. 3. §. 2. ff. de Collation.*) manifestius fiet. Sunt autem alia *Latina*, alia *Germanica*. Exemplum *Latinum* est illud Eberhardi Comitis de Würtemberg, An. *MCCXCI.* in instrumento quod concernit Monasterium Lorchense : *NOS* Eberhardus, *DEI GRATIA* Comes de Würtemberg, constare volumus & profiteremur, &c. Docum, Würtemberg, *fol. 734. apud Nic. Mylerum.* Hen-

rici Palatini ad Rhenum, apud Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 9. pag. 441.* verba sunt: *NOS* Henricus *DEI GRATIA* Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarix, &c. Actum Frisingæ An. Incarnationis Dominicæ, M CCLXII. Nono Kal. Febr. Petrus Polanus, Venetiarum Dux, & Johannes Polanus, Castellanus Episcopus in diplomate quodam (quod exhibet Donatus Jannotius *Florent. dialog. de republ Venet. p. 472.*) ita scribunt: *NOS* Petrus Polanus, *DEI GRATIA*, Venetiarum, Dalmatix atq; Croatix, Dux, & Johannes Polanus, *Eadem Gratiâ*, Castellanus Episcopus, &c. In medio hujus Decreti: *NOS* prænominatus Petrus Polanus, *DEI GRATIA* Venetiarum Dux, & Johannes Polanus, *Eadem Gratiâ* Castellanus Episcopus, confirmavimus Clero & Populo Venetiarum, &c. *Germanica* exempla quoq; suppetere, constat ex Capitulatione Imperatoriæ Caroli V. *de dato Nachden 3. Jul. An. 1519.* Maximiliani II. *zu Franckfurt auffgericht. An. 1562.* Rudolphi II. *de dato Regenspurg den 1. Novembr. An. 1575.* Matthix, *de dato Franckfurt am Mayn / den 18. Jun. An. 1612.* Ferdinandi II. *de dato Franckfurt am Mayn den 28. Aug. An. 1619.* Ferdinandi III. *sub dato Regenspurg / den 14. Decembr. An. 1636.* Leopoldi I. *auffgerichtet zu Franckfurt am Mayn den 18. Jul. An. 1658.*

XXI.

3. Συρδυασμὸς & combinatio deprehenditur, quando non solum Tota formula, sed etiam Utrumq;ve ejus membrum *Conjunctim* & quasi sub Concubitus schemate exhibetur*.

*. Exempla hoc loco occurrentia sunt Duorum generum: (1.) Aliquando *NOS* præponitur, subsequente mox *GRATIA DEI*. Eò spectat exemplum Christiani III. Daniæ R. apud Spathen in *der Secretariat - Kunst Vol. 1. part. 2. cap. 23. pag. 466.* cujus verba majoris elucidationis gratiâ huc ponimus: *Wir von Gottes Gnaden Christian der Dritte / erwählter und gekröhneter König zu Dennesmarek* &c. Consimile adduxit Just. Reinh. Robbigius in *Lex. Crit. lib. 3. cap. 9. pag. 130.* de Comite Schaumburgico: *NOS DEI GRATIA* Ernestus, Comes Holfatix, Schaumburgi & Sternbergæ, Dominus Ge-

Gemæ, &c. notum facimus. Eò quoque spectat, si non Titulus, tamen Vox notabilis Maximiliani I. Imp. *quam R. I. zu Worms de anno 1495. sub titulo Reformation das heimliche Gerichte in Westphalen betreffende*. s. Ehrwürdige / *exhibet*: nachdem Wir von der Gnade Gottes beruffen seyn. (2.) Plerumque tamen *GRATIA DEI* Primum locum obtinet, Secundum autem *Tò NOS*. Tale exemplum sistit Christ. Besoldus *Thesaur. Pract. litt. T. n. 21. p. 933.* de Ottone Duce Brunsvicensi, qui instrumentum quoddam donationis ita orditur: *DEI GRATIA NOS* Otto, Domicellus de Brunsvick & Lüneborg. Annus adscriptus est, *MCCCXXIX*. Idem *ibidem litt. Z. fol. 1023.* *VON GOTTES GNADEN WIR* Johann Georg Bischoff zu Bamberg / &c. sub dato Bamberg den 30. Jun. An. 1628. Jac. Alemannus *in Palestrâ Consultation. Jur. 6. de Prefer. Duor. Investitur. concurrentium pag. 333.* in einem Churfl. Antwortungs-Brieff hiſce verbis: *VON GOTTES GNADEN WIR* Augustus, Herzog zu Sachsen / deß Heil. Röm. Reichs Erz-Marschall und Churfürst / &c. Plura exempla occurrunt in *Corpore Juris Saxonici*, ad quod lectorem remissum volo.

XXII.

Plerumque a *Imperatorum Regumque* tituli ita informantur, ut *NOS* præcedat *GRATIAM DEI* β; sed in *Electorum Principumque aliorum* titulis *GRATIA DEI* præoccupat locum particulæ *NOS* γ.

α. Plerumque, inquam; dubito enim an *Perpetuæ* regulæ auctoritatem, sustineat hæc observatio. Quamvis hæctenus inter *Vetera & Recentiora* formularum exempla, ne unum quidem invenerim, in quo alicujus *Imperatoris Regisve* titulo τò *NOS* Postpositum fuerit, ita v. c. *DEI GRATIA NOS*. item: *VON GOTTES GNADEN WIR*.

β. Id quod ex concessionibus & confirmationibus Imperialibus, datis Lipsiensibus wegen der *Marck-Freyheit* / luculenter patet. Exhibita à Joh. Philippi *in usu pract. Inst. lib. 1. Eclog. 20. pag. m. 54. seqq.* sic incipiunt: *WIR* Leopold *VON GOTTES GNADEN* Erwählter Röm. Kaysers &c. *WIR* Maximilian, *VON GOTTES*

DES GNADEN Römischer König / &c. W J R Carl der
 Fünffte / VON GOTTES GNADEN Erwehlter Römischer
 Kaiser / &c. Similia exempla recenset Jac. Alemannus Palæstr.
Consult. Juris 8. pag. 439. 451. 457. 478. 479. multisq; locis aliis.

γ. Quàm constanter hoc observetur in Curiis ELECTORIS SAXONIAE, testes erunt varia Rescripta, quæ in Corpore Juris Saxonici aut apud Joh. Philippi loco supra citato pag. 70. 71. & 73. occurrunt. Unicuique hic nobis sufficiat, quod extat apud Goldast. Tom. 7. Politischer Reichs Acten; Ubi defuncto Rudolpho II. Imp. Serenissimus Elector Saxon. JOHANNES GEORGIUS I. gloriosissimæ memoriam, promulgato edicto, Vicariatus susceptionem publicè intimavit: VON GOTTES GNADEN / W J R Johann Georg / Herzog zu Sachsen / Büllich / Cleve und Berg / des Heil. Röm. Reichs. Erb- Marschall / Churfürst / und desselben Reichs in den Landen des Sächsl. Reichens / und an Enden in solchen Vicariaten gehörende / dieser Zeit Vicarius, Landgraff in Thüringen / &c. Video tamen & hic Aliter (i.e. Præpositâ voculâ NOS) disponi titulum, apud J. Th. Sprengerum in fontib. jur. publ. c. 20. pag. 229. ubi ait: Saxonis titulus talis est: NOS DEI GRATIA N. Elector, Archimarschallus & S. R. J. per partes juris Saxonici Provisor & Vicarius, Dux Saxonie, &c. hæc apud Sprengerum. Nisi quis credere malit iis, quæ ex Cancellariâ Electorali promanant.

XXIII.

Quamvis Pronomen NOS sit Pluralis numeri, tamen ipsa Nomina propria subscripta (v.c. LEOPOLDUS) in Singulari numero permanent*.

* Non enim scribitur, NOS Leopoldi, sed potius Leopoldus DEI Gratia. Confer Joh. Christ. Becman. in notit. dignit. Illustr. diff. 1. cap. 3. th. 5. p. 25.

XXIV.

Sunt qui non Simpliciter Nudèq; a DEI Gratiam memorant, sed (uti Joach. Vadianus β notat) cum Additamento quodam γ.

α. Vid. partis Prioris th. 47.

β. de

β. de Monast. Germ. fol. 58. inqviens: Episcopi sub regimine Papali titulum, (*DEI Gratiâ*) retinuerunt, sed cum additamento: *DEI & Apostolica sedis Gratiâ*.

γ. quod Additamentum vel Imperatoriæ, vel Pontificiæ Gratiæ blanditur. *Imperatoriæ gratiæ* sic: I.) *DEI ac Imperatoris vel Imperiali Gratiâ*. Joh. Limnæus lib. 4. I. P. c. 6. num. 30. *ibiq;* in addition. Joh. Helffr. Clotz *dissert. de Titul. honorif. cap. 6. §. 3.* ubi de hujus rei Origine, quoq; disseritur. Adde partis Prioris *th. 84. (2.) Gratiâ DEI & imperatoris mandato.* Philipp. Mornæus in *Mysterio Iniquit. 5. Histor. Papatus p. 58. Pontificis gratia prædicatur ita: DEI Gratia & S. Apostolica sedis.* Christoph. Brovver. *Antiqv. Fuldens. lib. 3. cap. 9. p. 197.* Protestatio Episcopi Neritonensis Fabii Chisii, nuncii Apostolici, contra pacem Monasteriensem (edita Monasterii Westphalorum d. 26. Octobr. 1648.) etiam incipit: Ego Fabius, *DEI & sacra sedis gratiâ* Episcopus, &c. A talibus blandimentis maximoperè abluunt illæ locutiones, quæ extant in partis Prioris *th. 42. litt. β. num. 4.* Item *th. 82. litt. α.* Adde quod Johan. Aventinus *Annal. Bojor. lib. 7. pag. 431. m.* observaverit, tempus fuisse, quo Ecclesiastici hoc additamento non fuerint usi: Illius tempestatis Episcopi (*inquit*) in titulis, initiis epistolarum, atq; decretorum, non (uti nunc fit) adscribunt, *Apostolica sedis gratiâ*, nimirum favori Humano; sed more Pauli, *clementiæ duntaxat Divinæ* id munus atq; donum acceptum referunt. Ita enim cœpisse Epistolas, Senatus Consulta, Placita, Rescripta, e. g. reperio: Sigefridus *solâ miseratione Divinâ*, Reginobrogenis Episcopus. Idem *ibidem*: Frater Albertus *miseratione Divinâ* Ratisbonensis ecclesiæ Episcopus.

XXV.

DEI quoq; vocem *θεοφιλεσιμων* efferri posse, nullum est dubium*.

*. Talis enim *θεοφιλεσιμων* sive circumscriptio nominis Divini ipsi Turcarum Imperatori approbata est, ut videre licet in partis Prioris *th. 42. litt. α. num. 9.*

XXVI.

Si fortè Princeps aliquis scribit ad Principem alium,
D nihil

nihil obstat quo minus in iisdem literis *Duplici* respectu divina Gratia prædicetur *.

*. Exemplum recenset Vignier apud Joh. Limnæum *in notitiâ Franciæ lib. 2. c. 6. litt. III. pag. 430.* his verbis: Gvillermo *DEI GRATIA* Comiti Pictavorum, & Aquitanorum Duci Hugo, *Eâdem Gratiâ* Burgundiæ Dux, &c. Videatur etiam Donat. Jannot. *Florentin. Dialog. de republ. Venet. pag. 472.* Item supra *c. 1. tb. 3. litt. a.*

XXVII.

Et hoc etiam tunc obtinere puto, quando *Superior* scribit ad *Inferiorem*^a; nisi scripturæ tenor contineat Mandatum β .

a. Quò facit epistola Jacobi VI. Magnæ Britanniæ R. ad Archiepiscopum Cantuariensem, quem Rex ipsi tribuit, hoc modo: Jacobus *DEI GRATIA* &c. Reverendissimo in Christo Patri prædilectoqve & fideli Consiliario nostro, Georgio *Eâdem Gratiâ* Archiepiscopo Cantuariensi. vid. Joh. Christ. Becman. *in notit. Dignit. illustr. dissert. 1. cap. 3. tb. 7. pag. 27.*

β . in Mandatis enim eum titulum omitti rectè monet Idem *ibidem.*

XXIIX.

Cum autem *Singulis* tribuatur illud *NOS DEI Gratia*, quidni etiam *Pluribus conjunctim* concedatur? *

*. Assertum hoc probat das Churfürstl. Münz-Edict, *de dato 23. Mart. An. 1609.* quod allegavit Jac. Alemann. *Palestr. Consult. Jur. 8. pag. 629.* Von Gottes Gnaden / Wir Johann Schweickhart zu Maynz: Lotharius / zu Thier: Ernst zu Eöln / alle drey Erz-Bischoffe des Heil. Röm. Reichs / durch Germanien / Gallien und des Königreichs Arelaten / auch Italien / Erz-Canzler: &c. Confer Diplomata Ducum Brunsvicensium de An. MCCCLXXIV. & Anno MCCCC. quæ supra *parte Priori tb. 42. litt. a. n. 2.* adducta leguntur.

XXIX.

Utrum Abbates & Prælati utantur Titulo *Von Gottes Verhängniß* / an verò *Von Gottes Gnaden* /
dubi-

dubitari poterat, dum Joh. Volck. Bechmannus α Illud, Nic. Mylerus β autem Hoc mavult γ Sed *Distinctione*, facilè hoc dubium resolvitur γ .

α . Verba ejus exoter. Exercit. 2. num. 49. p. 50. hæc sunt: *Titulo Abbatum & Prælati utuntur Von Gottes Verhängniß / non autem Von Gottes Gnaden.*

β . in tr. de Princip. & Statib. Imper. part. 1. cap. 30. §. 6. pag. 298.

γ . Scilicet hic quoque admittendum est monitum decantatissimæ regulæ: distingve Tempora & conciliabitur Scriptura. *Bechmanni* observatio spectat maximè ad *Disita* tempora; *Mylerus* autem inspexit mutata *Adfiti* ævi tempora, in quibus Abbates integros pagos, districtus, imò territoria cum jurisdictione appetere & ab Imperatoribus obtinere cœperunt. De quo videatur *Vadianus* apud *Goldast* in *Alleman.* tom. 2. part. 1. fol. m. 84. Archolog. cap. 13.

XXX.

Abbreviatura α . & *Sigla* β . aliàs prohibita, admittuntur in consignandâ formulâ nostrâ γ .

α . Phil. Lud. Authæus in *aphorism. practicis litt.* A. n. 1. p. 1. *Reichs-Ab-schied* de An. 1512. von *Notarien* §. Item: *Die Notarien sollen sich auch hüten* 19.

β . *Constit. Dedit de confirmatione ff. ad magnum Senatam.* §. 22. & *constit. Omnem de methodo Juris ad Antecessores.* §. 8.

γ . *Numismatum & aliorum Publicorum operum inscriptiones* satis superque hoc probant. e. c. Inter solennia coronationis Regis Britanniaë Caroli II. hæc inscriptio (quam recenset Joh. Christ. Bechmannus in *notit. Dignit. illustr. dissert. 1. c. 2. th. 6. p. 20.*) legi potuit: DN. CAROLO II. D. G. Britannorum Imperatori, Opt. Max. ubique Venerando, semper Augusto, Beatissimo ac Piissimo, Bono Reipubl. nato, de avita Britanniaë, de omnium Hominum genere merittissimo, P. P. extinctori Tyrannidis, Restitutori Libertatis, Fundatori Quietis, ob felicem reditum ex voto L. M. P. S. P. Q. L. Placet huic subnectere verba monetæ Vicariatus Serenissimi Electoris Saxoniaë, hunc in modum concepta: D. G. JOH. GEORG. II. Dux. Sax. J. C. & Mont. S. R. Imp. Archim. Elect. atque post Excess. DIV.

D 2

IMP.

IMP. FERDIN. III. Aug. Vicarius, Landgr. Thur. March. Misniae
Sup. & Inf. Lusatiae, Burgg. Magd. Com. de Marc. & Ravensb. Dom.
in Ravenstein. Alia quam plurima, ne similitudo satietatem pariat,
prudens praetereo.

XXXI.

Locum habet locutio nostra non solum in Principum
Constitutionibus ^a (quales sunt Rescripta episto-
larum ^β Decreta sive interlocutiones ^γ & Edicta, ^δ item
Privilegia ^ε) sed etiam in *Aliis documentis* ^ζ.

^{a.} secundum §. 6. *Instit. de J. N. G. & C.*

^{β.} testem allego B. Carpzov. in *Leg. Reg. cap. 1. sect. 11. num. 11. pag. 22.*

^{γ.} Confer. Joh. Philippi *Usum pract. ad lib. 1. Inst. ecl. 30. pag. m. 107.*
Joh. Helffr. Clotz. *dissert. de Tit. honorif. cap. 5. §. 3.*

^{δ.} Videatur Besoldus & Carpzovius paulo ante allegati.

^{ε.} Quo de videri potest Privilegium Caroli V. Imp. de non Appellan-
do, concessum Reipubl. Hamburgensi, de dato **Brüssel** / 6. Apr. 1554.
Privilegium Sigismundi Imp. Magdeburgensibus, in puncto compe-
tentiae Fori, de dato **Türnberg** / d. S. Viti, An. 1431. Plura exempla
sunt ubivis obvia.

^{ζ.} ad quæ refero Instrumentum (1.) *Venditionis*, de quo Huld. Eyben.
in *dissertat. apud Abasv. Fritschium Exercit. I. P. 9. part. 2. cap. 9. Do-*
nat. Jannotius Florent. dial. de republ. Venet. & pag. 469. in notis.
(2.) *Donationis*, M. Zuer. Boxhornius in *tr. de Leodiens. Republ. pag.*
437. 447. 457. 461. 474. 484. (3.) *Confirmationis*, Idem Boxhorn. *jam*
allegato loco, p. 480. 483. & c.

CAPUT III.

in

Effectibus & Operationibus

occupatum.

THE S. XXXII.

Verba cum Effectu intelligenda esse, subindè mo-
nent

nent JCTI*. Proindè etiam spectabimus quosdam, qui
 Verbis *NOS DEI GRATIA* attribuuntur, Effectus.

* *arg. L. 1. §. hæc verba. 2. ff. quod quisq; juris in alium.* Dd. apud Aug.
 Barbosam *lib. 19. cap. 8. axiom. 22. p. 848.*

XXXIII.

Inter eos Imus est, quod *ingenuæ Confessionis a speci-*
men apud *DEUM* præbeat.

a. Est benignum & plenum ingenui pudoris, (inquit aliâ & longè mi-
 nori occasione C. Plinius Secundus *in præfat. Natur. hist. ad Vespasia-*
num num. 49. p. 4.) fateri per quos profeceris.

β. de Cujus singularibus in Principes beneficiis supra *rb. 70. partis pri-*
oris actum est.

XXXIV.

2dò ad *Gratiarum Actionem**, *DEO* ab omnibus
 debitam, tacitè ducit.

* Mercatorum mos est, ut in Gratiam memoriam beneficiorum divi-
 norum literis suis præmittant solenne suum: *Laus DEO!*

Nullum est dubium, quin cordati Principes ad laudem & Gratiarum
 actionem *DEO* tribuendam excitentur, illo titulaturæ suæ proæmio:
NOS DEI GRATIA! Cum enim omnis Profectus ad *DIVINITATIS*
 munera sit referendus, nec aliquod constet Bonum, nisi quod ab I-
 psâ dignoscitur esse collatum, sicuti & potestas omnis est à *DEO*
Rom. XIII, 1. Gratâ utiq; mente omnes hoc agnoscunt Magistratus, &
potestatem, quam habent, DEO acceptam referunt. B. Carpzov.
disp. Feud. 9. ad tit. 24. § 26. A. B. quest. 4. n. 27. p. 352.

XXXV.

3tiò observatum est, quòd ea verba principi *Tuta-*
men & Solamen contra Diabolicos insultus præstiterint*.

* Talem sensum redolet recensio Caspari Stieleri, qui (tectò hoc no-
 mine) aliàs vocatur *der Epathe / in der Secretariat-Kunst vol. 1.*
part. 2. cap. 23. pag. 465. Verba recensionis non indigna Germani-
 cis auribus, non indignabor Germanicè transcribere: *In den Däh-*
nischen Geschichten wird gelesen/daß/als auff eine Zeit König Chris-

Christian der Dritte / sich bey der Jagt verspätete / und des Abends ein grausames Gewitter einfiel / also / daß er den Ort seiner Herberge nicht erreichen mochte / er nebst seinem Gefolg / an ein feines / doch unbewohntes Schloß auffstieß. Ob ihm nun wol von den Seinigen daselbst einzufehren abgerathen wurde / mit der Andeutung / daß um derer darinnen sich auffhaltenden Gespenste willen / solches Schloß von undenklichen Jahren hero verlassen worden / dahero seine Königliche Majestät sich nicht in Gefahr setzen möchte / fragte der König / wem es eigenthümlich zustünde? E. Majestät / antworteten die Diener. Nun dann / sagt er / weil es unser ist / so last uns in Gottes Namen dießmal darinnen übernachten. Was geschiehet? der König hatte sich kaum in ein bey dem grossen Saal sich befindendes Gemach zur Ruhe begeben / so erhören die Diener einen schrecklichen Trompeten-Schall / werden auch gewahr / daß ein unbekanter Herr / mit vielen Dienern und Fackeln begleitet / den Schloßhoff hinein und gegen dem Saal auffziehet. Derselbe gehet die andern alle vorbey / machet sich in des Königs Gemach / und befraget den König mit gräßlichem Gesichte / Wer bistu? Der König richtete sich getrost auff und antwortete unverzagt: **WIR VON GOTTES GNADEN** Christian der Dritte / erwählter und gekrönter König zu Dennemarck / haben uns in dieses von unsern gottseligen Vorfahren auff Uns ererbtes Königliches Schloß zur Ruhe begeben / hoffen auch / seine Göttliche Allmacht werde Uns / vor dir grausamen Gespenst gnädigst zu schützen Mannes genug seyn. Dieses / sagte das Gespenst / lasset dich Gott reden: Komme mir aber nicht wieder. Verschwand damit / und ließ den König geruhig schlaffen. Und ist solches Schloß hernach zu einem Gotteshause gemacht worden. Also ist der Titel von Gottes Gnaden / der Christlichen Fürsten gewaltiger Schild und Schutz wider den Teuffel und alle Welt. Hætenus ille.

XXXVI.

Ausim proindè etiam dicere, quod 4^{to} principibus
Confidentiam contra Contemptum malefactorum Ho-
minum excitent.*

* Ob.

* Obversatur nunc animo meo Maximilianus I. Imp. qui in der Reformation der Freyschöpfen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend zu Wormbs An. 1495. in pr. ita loquitur: Nachdem **WZK VON GOTTES GNADEN** zu der Höhe Römischer Königlichher Würde unverdient beruffen und kommen seynd. Idem autem est ille Imperator, qui, cum nasutulus quidam Aulicaster parieti inscripsisset hos rhythmos germanicos:

Als Adam hact und Eva spann/
Wo war damals der Edelmann?

argutè (& cum opportunâ allusione ad illud *NOS DEI GRATIA*) hæc verba subscripsit:

Ich bin ein Mann wie ein ander Mann/
Nur/das mir Gott die Ehre gann.

Jul. Wilh. Zinggräf. in apophth. Teutscher Nation, p. 58.

XXXVII.

5. Si Titulo von **GOTTES GNADEN** Factum & res ipsa conjuncta est, *Benè est* (inquit J. J. Speidelius *) *capiti & membris*, atque adeò Respublica bene se habet.

*. in specul. Jurid. Polit. litt. G. n. 74. pr. p. 329. Idem scribit Christ. Besoldus thesaur. Pract. litt. G. n. 74. fol. 329. Conjungit suam sententiam Paul. Voëtius in comment. ad proœm. Inst. pag. 11. hisce verbis: Titulo huic illustri si *Res ipsa* conjuncta foret, & verbis responderet eventus, nemo dubitat, quin *Benè esset Capiti & Membris benè*.

XXXIIX.

6. Uti alii Tituli creduntur esse signa *Possessionum & Prætensionum**: ita idem fortè credendum est de Titulo *NOS DEI GRATIA*.

*. prout constat ex iis, quæ ex J. Limnæo J. P. lib. 4. cap. 5. n. 127. memorat Christian. Weisse in discours. polit. de Existimatione Imperantium th. 25. hunc in modum: Quomocunqve aspiciantur tituli, locum invenit Cosmi, Florentiæ Ducis, dicitur: apud vulgum quidem res speciosa Nomina & Tituli; apud rerum verò agendarum, ex pertos, puces cassæ. Nisi quod tituli per accidens esse creduntur

signa

signa Possessionum & Præensionum. Adde disput. Ejusdem de Complimentis cap. 1. §. 9. XXXIX.

Sane 7. apud politicos scriptores expressè vocatur *signum Independentiæ*, α *insigne Supremæ potestatis* β , & *Summi illibatiq; imperii decus* γ .

α . Confer J. Limn. *in notit. regni Franciæ lib. 2. c. 6.* Joh. Volck. Bechmann. *exercitat. exoter. 12. n. 26. p. 298.* Sic quoq; Christ. Weise *in dissert. de Moralitate Compliment. cap. 1. §. 5.* observavit, quod Politici ex illis verbis *NOS DEI GRATIA* *Immediatam à DEO dependentiam* arguant. Ante illum scripserat Limnæus *dicto loco*: is, qui utitur titulo *DEI GRATIA*, vult innuere, *se à Nullâ potestate terrenâ dependere*, sed immediatè à DEO.

β . Pergit proximè dictus Joh. Limnæus: *insigne est Supremæ potestatis*, se regem, aut Imperatorem *DEI GRATIA* nuncupare. Hæc enim clausula indicat, *Neminem mortalem ab eo observari*, atq; eum omni optimo jure velle imperare. Vid. Petr. Ærodius *lib. 7. rer. judicat. tit. 3. c. 9. p. 563.* Laudatus publicista ad vetera tempora respiciens scribit: *Titulus DEI GRATIA Antiquitus non fuit certum & essentialle signum Superioritatis*, sed titulus communis multis proceribus, qui non erant independentes ab aliis. Similibus ferè verbis Gerh. Feltman. *in tr. de titulis Honorum, cap. 57.* utitur, quando *Belgii Fæderati Ordinibus* suadet, ut formulam *NOS DEI GRATIA* adoptent sibiq; adaptent. Cùm neminem (*inquit*) Superiorem habeant nisi DEUM & enssem, cur non sibi id vindicarent?

γ . secundum signata verba Argentoræ *ad consuetud. Britann. art. 56. n. 3:* Scribit Princeps *DEI GRATIA*. *Quod Summi & illibati imperii decus est, & prærogativæ nulli mortalium obnoxia.*

XL.

Et spectat huc 8. illa observatio*, quâ titulus *Von Gottes Gnaden Libertatem* probare censetur contra *Landsassiatum*.

* Christ. Besoldi *in thes. præct. Litt. G. n. 74. p. 329.* ubi allegat *die Waldeckische Ehrenrettung part. 1. c. 8. in fin.* Adde *ibidem litt. L. n. 12. additiones p. 520. in fin.* Fateor tamen, Besoldianas observatio-

nes

nes parum lucis mihi [qui Die Waldeckische Ehren- Rettung ha-
ctenus inspicere non potui] contulisse: donec tandem fortè incidi
in locum J. Th. Sprengeri *in instit. jur. publ. lib. 3. c. 28. p. 473.* qui ita
se habet: omnes Comites de Gleichen usurparunt Titulum NOS
DEI GRATIA, quod *Landsassius* non competit, sed *Statum imperii*,
Principem, Comitem seu Baronem *Immediatum* indicat.

XLI.

9. Germaniæ Principes uti creduntur titulo *DEI
GRATIA* non ad *Diminutionem* imperialis auctoritatis,
sed ad *Amplificandam* majestatem *.

*. J. J. Speidelius *Spec. Jurid. litt. G. n. 155. p. 519. a.* Andr. Knichen. *in
Comment. de Saxon. non provocandi Jure, ad verb. Ducum Saxon. cap.
1. in fin. n. 85.* Matth. Stephani *in tr. de Jurisdic. l. 2. part. 1. c. 7. n. 40.*

XLII.

10. Galliæ autem principes α (utpote Deterioris
conditionis quàm Germaniæ nostræ principes β .) absti-
neant titulo *DEI GRATIA*, ne aliàs *Regiæ potestati* se
subtrahere velle credantur γ .

α . Duces putà ac Comites, uti loquitur J. Limnæus *in notit. regni Franc.
l. 2. cap. 6.*

β . Ita colligit Joh. Volk. Bechman. *Exercit. exoter. 12. tit. 24. n. 26.* exserte,
scribens: patet, quàm *nostri Principes Germaniæ sint longè excellentio-
res, qui illo Titulo liberrimè utuntur* nemine contradicente. Placet his
subnectere ejusdem verba, quæ extant *preced. pag. 205. n. 36:* Ex eâ su-
perioritate (*ait,*) & aliis patet, quod *nostri Germaniæ Principes sint
excellentes & potentiores Principibus Galliæ, qui quidem glorian-
tur, ibi non creari sed nasci Principes; quod intelligunt de quibusdam
Principibus Sangvinis vel Coronæ; attamen nostri Principes omnes
sunt habiles, ut possint fieri Imperatores, habeantq; longè majorè liber-
tatem & jura præeminentia, quàm ipsi Principes Coronæ, ut illis extra
omne dubium sint longè præferendi.*

γ . vid. Nic. Myler. *in tr. de Princip. & statib. Imperii R. G. part. 1. cap. 30.
§. 8. pag. 299.* J. Limn. *in addit. Priorib. ad libr. 4. J. P. cap. 6. n. 15. p. 422.* J.
Th. Sprenger. *in Font. Jur. cap. 20. p. 224.*

II. In Galliâ enim titulus ille Bis a *Majestatis lege vindicatus fuit* β: semel sub Carolo VII. in *Joanne γ, Armaniaci δ Comite*: iterum sub Ludovico XI. *ε in Francisco Armoricorum ζ, sive η Britannia minoris Duce θ.*

a. De Binariorum numero certò & notabiliter constat; Majorem tamen numerum præfractè non denegaverim.

β. Phrasi utor, quâ usus est Joh. Norderman. de Jure Principatus conclus. 88. litt. b. p. 342.

γ. hoc Nomen ipse assignat Joh. de Buffieres in *histor. Francia lib. 12. c. 26. p. 509.* ubi inquit: Odii causæ erant, quod (Joannes) Armaniacus veluti supremum usurpans dominium, se Comitem *DEI GRATIA* diceret, quod unis fas est Supremis principibus: tum quod filiam suam, Rege inconsulto, Henrico Regi Angliæ in uxorem sponderat; quod regni legibus nefas est.

δ. quem Joh. de Buffieres vocat *Armaniaci Comitem*, Nic. Mylerus in *tr. de Princip. & Statib. Imp. part. 1. cap. 30. §. 8. p. 299.* Comitem *Armenacum*. Alii Comitem *Arminacem* vocant. Confer Christ. Besold. *politic. sect. 1. cap. 2. §. 6. de Majestate in genere p. 17.* Th. Reinkingf de *R. S. & E. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 25. p. 602.* Joh. Volk. *Bechmann / exercitat. 12. J. P. n. 26. pag. 298.* Constantior scriptio exhibet Comitem *Armeniacum*, vid. J. Limn. *addit. priorib. ad lib. 4. jur. publ. cap. 6. n. 15. pag. 422.* Idem in *notit. regn. Franc. lib. 2. cap. 6. p. 395.* Joh. Christ. *Becmann. in notit. dignit. illustr. diff. 1. cap. 3. th. 7. pag. 27.* Ex Geographicis constat, quod *Arminiacensis tractus (L' Armagnac,)* sit regio Galliæ, in Aquitaniâ seu Vasconiâ superiori, inter Benearnum & fluvium Garumnam. Mich. Ant. *Baudrand, in Lex. Geograph. litt. A. pag. 68. a.*

ε. apud Matth. Stephani in *tr. de Jurisdic. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 40.* per errorem (fortè typographicum) Ludovicus IX. vocatur.

ζ. Non turbat me, quod J. H. Clotz *dissert. de titulis honorif. cap. 5. §. -- p. --* nominet *Amoricorum Ducem*, omisso R. Alii enim in historiâ hâc tradendâ uno ore *Armoricorum Ducem* nominant. Confer. Nic. Myler. in *tr. de Princip. & Statib. Imperii part. 1. cap. 30.* Joh. Jac. *Dracon. de jure Patriciorum lib. 3. c. 2. p. 233.* J. J. *Speidel. Specul. Jurid. litt. G. n. 155. p. 519.*

p. 519. a. Jac. Andr. Crus. in tr. Polit. jurid. lib. 1. cap. 5. n. 17. Matth. Stephani in Synop. Jurisdic. lib. 2. c. 7. n. 41. Christ. Befold. de Majestate sect. 1. cap. 2. §. 6.

n. Quamvis dictam historiam alii de *Armoricorum*, alii de *Britanniae* Duce enuncient; tamen reipsâ non differunt, nam quæ olim *Armorica* dicta fuit, postea *Britannia minor* (vulgò La Bretagne Gallis, Bertagna Hispanis) sive *Hermionia*. Phil. Ferrarii Lexic. Geograph. litt. A. pag. 68. a. & litt. B. p. 134. b.

θ. Britanniae Ducis mentionem facit J. Limnæus in notit. reg. Franc. lib. 2. cap. 6. litt. qqq. & in Addit. Priorib. ad lib. 4. cap. 6. n. 15. p. 422. Joh. Bodin. de Republ. lib. 1. c. 10. Addenda tamen hîc venit observatio, quam sistit laudatus Limnæus in notit. Regni Franc. lib. 2. cap. 6. litt. qqq. cujus verba hæc sunt: Duces Britanniae hoc Titulo semper usi fuere, quousq; ille principatus in Illorum fuit manu, ac eorum duravit genus. Ludovicus quidem XI. illis movit quæstionem status, sed parum profecit; nam & postea titulo *DEI GRATIA* isti Duces uti non cessarunt.

XLIV.

Eoq;ve ipso fortè factum est, ut communiter Politi-
ci statuunt, Hodiè α neminem β , qui Rege inferior est γ
(excepto saltem Delphino, item Archiepiscopo Parisien-
si ac Episcopo Andegavenli δ) sine *lesæ Majestatis crimi-*
ne ϵ in titulis suis *DEI GRATIAM* jactitare ζ posse.

α . De Hodiernis (non *Veteribus*, uti in th. præced. 45. litt. ϵ . dictum) temporibus sermo mihi est. Mihi autem solùm? imò etiam J. Limnæo in notit. regni Franc. lib. 2. cap. 6. Verba, quibus is utitur, hæc sunt: Tempus fuit, quo Duces & Comites titulo, *DEI GRATIA*, ut & alii usi fuerunt; sed cum *hoc Regi suspectum, nec tolerandum amplius videretur*, mos ille sublatus est.

β . Universalitatis hoc vocabulo utitur Theodor. Reinkingk de R. S. & E. lib. 1. clasf. 5. cap. 6. n. 24. pag. 602.

γ . Confer Mart. Rümelin. part. 1. diff. 1. ad A. B. tb. 4. litt. a. cum allegatis Auctoribus.

δ . Recitavi hæc fide Joh. Limnæi, (in Addit. priorib. ad lib. 4. cap. 6. n. 15. p. 422. sic scribentis: Adhuc in regno Galliae in vigore est, ut crimen *lesæ Majestatis* incurrere videatur, qui titulo *DEI GRATIA* uti præsum-

- ferit. Observavi tamen ab hâc regula excipi (1.) *Delphinum* seu regis Primogenitum. Ita tradit Loyseau *des Ordres* ch. 7. n. 40. p. 114. (2.) *Episcopum Andegavensem, & Archiepiscopum Parisiensem*: credo etiam cæteros. De prioribus certus sum: legi enim tom. 10. de *Mercure Franco- is* pag. 524. & 527. Hæc ille Principi Arausionensi (ratione principatus sui d' Orange, siti in Provinciâ Comitatu) etiam conceditur hic titulus: quod exprimunt verba Sigismundi à Birken in der Reiß- Beschreibung Marggraffs Christiani Ernesti, moderni Principis zu Brandenburgt und Bareuth/&c. p. 52. König Heinrich IV. in Franckreich/machte die Graffen von Nassau An. 1606. zu Frey- Fürsten/oder Souverain, daß Sie sich **VON GOTTES GNADE** schreiben/eigene Münze schlagen/und ein freyes Cammer- Gericht besetzen dörrfen. Welches alles andern Prinzen in Franckr. nicht erlaubt ist.
1. videatur *Le Bret de la Souverainete du Roy* liur. 1. ch. 2. p. 12. J. de Serres *L. 1. invent.* Joh. Volk. *Bechmann Exercit. exoter.* 12. tit. 24. n. 26. J. J. *Draco de jur. Patricior.* lib. 3. cap. 2. pag. 233. Th. *Reinlingk de R. S. & E.* lib. 1. clas. 5. c. 6. n. 24. multiq; alii.
2. Lepidè, sed verè, sic loquitur Christian. *Weisse in dissert. de Moralitate Complimentorum* cap. 1. §. 5. ibi: quia Politici nunc immediatam à DEO dependentiam ex istis verbis arguunt, *in Galliâ crimen lese Majestatis incurrit, qui Gratiam DEI jactitat*, si credimus Scriptoribus Gallicis, quos citat J. *Limnæus tom. 1. Addit. lib. 4. pag. 422.*

CAPUT IV.

Repugnantibus refertum.

THES. XLV.

Repugnantia. duorum generum esse videntur. Alia enim ad *Non- Usus* referri possunt, alia verò ad *Abusum**.

- *. quemadmodum igitur Servitutibus repugnat, si quis illis vel planè *Non sit usus, vel Usus* quidem, sed *non modo prescriptio.* textus L. 25. ff. *quibus modis usus fr. amittitur.* L. 10. §. 1. L. 11. pr. L. 18. pr. ff. *quemad. Servitutes Amittantur.* Wilh. Ludwel. *exer. 5. th 7. litt. K.* ita etiam Titulum de *DEI GRATIA* partim *Non-Usus*, partim *Illegitimus usus* oppugnat.

XLVI.

ad Non - usum spectat 1. *Omissio.* Omittitur autem
titulus

titulus *NOS DEI GRATIA* quandoque ex verâ *Voluntate*, quandoque *svafu Decoris*.

a. Si enim quis quærat, an Princeps illam formulam titulis suis inferre *Teneatur*? responderem Negando. Ratione eâdem ductus, quâ ducitur Cypr. Regnerus *in censurâ Belgicâ ad proœm. Inst. n. 2. pag. 2.* quando Negat, quod Principes Constitutionibus suis *invocationem Nominis Divini* præmittere teneantur. Nulla enim (*inquit*) lex Expressam invocationem requirit. *Et paulò antè ait*: ut ut sit, nemo tamen dubitet, quin Principes leges & actiones suas exordiantur ab Invocatione *DEI*, si non *Externâ*, saltem *Internâ* & inter privatos parietes factâ, quæ sufficit.

β. Modestix, atq; Civilitatis. quam etiam in hoc casu opportunè commendat Generosissimus V. L. à Seckendorff im Deutschen Fürsten-Stat part. 2. cap. 2. n. 2. p. m. 61: Es ist ein Landes-Herr bey Erhaltung seines Fürstlichen Standes/ Ehre / Macht und Hoheit des Deutschen Reichs/ und der Kånserlichen Majestät vor Augen zu haben/ nicht allein mit eusserlichen Worten und Titul/ daß er nemlich den Römischen Kånser seinen allergnädigsten Herrn nennet/ und Ihme den Titel Ihrer Kånserl. Majestät giebet/ sich aber einen Unterthänigsten / oder Allerunterthänigsten / gehorsamsten Fürsten des Reichs heisset; und nicht / wie gegen andere / sich Von Gottes Gnaden / und Wir sondern nur Ich schreibet / und was dergleichen gebührliche Ceremonien und Höfflichkeiten mehr sind.

XLVII.

Sic etiam nullum est dubium, quin *Atheismus* *a* aut affectatū *Odium in DEUM* *β*, *p*iam formulam impediunt.

a. Diabolus Primis temporibus homines ad *πολυθεϊαν* (adeoque ab uno Extremo in alterum Extremum) præcipitavit. uti ingeniosè observat Leonhard. Lessius *apud Matth. Tympium in mensis Philosophicis part. 1. c. 16. §. 4. p. 105.* Verisimile tamen est, Principem *Gentilem* (vide *suprà tb. 33. litt. β. & tb. 57. β. partis Prioris*) aut qui *Plures Deos* credit, vix abhorrere ab illo *NOS DEI GRATIA*; Principem autem *Atheum* omninò abhorrere.

β. Utinam nullus unquam reperiretur vel *ἄθεος* vel *θεομίσης*, i. e. qui *DEUM* odit! Vereor tamen ne hujus furfuris fuerit *Rex quidam Hispania,*

spanie, de quo (nitar verbis Th. Lansii *in Orat. contra Hispan. pag. m. 464.*) vulgò hominum memoriâ in Galliâ dicebatur: eum, cum à DEO esset castigatus, tam impatienter id tulisse, ut injuriam se ulturum juraverit, & mox edixerit subditis: Ne proximo decennio *DEUM* Adorarent, nec Crederent in eum, *nec de eo Loquerentur*. Hem monstrum Principis, ex quo certè rarò aut nunquam audias illud *NOS DEI GRATIA*,
 XLIX.

2. eo etiam pertinet tituli *Prohibitio* α , actus *Detractionis* β ex Rescriptis: item ejusdem *Abrogatio* γ .

α . ne Applicetur aut in Usum amplius deducatur. Illustrabo hoc verbis J. Limnæi (*in addition. priorib. ad lib. 4. cap. 6. n. 15. p. 422.*) hunc in modum conceptis: narrant Historici, Ludovicum XI. Regem Galliæ Britanno Duci hujus Tituli causâ, æqvè ut propter Monetam auream, quam cudere solebat, litem movisse, addito præcepto, *ut ab utroque Desisteret*.

β . talem detractionem & Revocationem prædictus Ludovicus R. Galliæ *Francisco Armoricorum Duci* mandasse legitur apud Johan. Bodinum *de Republ. lib. 1. cap. 7. fol. 270.* Petr. Ærod. *rer. Judicat. lib. 7. tit. 3. c. 9. fol. m. 563.* Joh. Jac. Dracon. *de jur. Patric. lib. 3. c. 2.*

γ . Evidens Abrogationis exemplum est in Galliâ: ubi olim quàm *Plurimi* titulo *DEI GRATIA* gaudebant. (vid. supra *tb. 4.*) Hodie verò *Paucissimi*. Evolvatur superius *tb. 10.* & hæc verba J. Limnæi: (*in addition. priorib. ad lib. 4. cap. 6. n. 15. p. 422.*) ab Usu & praxi cujusq; Regni hic titulus (*DEI Gratiâ*,) respectu membrorum, dependere solet; inde est, quod, licet in Galliâ *OLIM Pluribus* attributus fuerit, *HODIE* tamen *Paucioribus* attribuatur. Adde ejusdem *notit. Regni Francia lib. 2. c. 6.*
 XLIX.

Abusui vicina Applicatio est, 1. si *Plebejus homo* (renovatâ quasi fabulâ α de Asino & exuviis Leonis) titulum *DEI GRATIA* suo nomini agglutinare audeat β .

α . Fabulam illam narrat Ruf. Fest. Avienus *fab. 5. p. 265.*

β . sine cujusquam injuriâ (puto) fiet, si subjunxero ea, quæ J. C. Becmannus *in notit. dignit. illustr. dissert. 1. cap. 3. §. 6. p. 28.* narrat, his ipsis verbis: *Abusus specimen elucet in scripto Magistelli cujusdam, quo*
 DEI

DEI GRATIA Magistrum se salutatur: Confutatio Judaicæ sectæ Magistri Johannis Baptistæ *Gratia DEI* Artium & Medicinæ Doctoris. Ed. Argent. M. D. Et quæquam apud prælaudatum Scriptorem huic exemplo actutum jungitur exemplum de *D. Mart. Lutero*, qui illud *DEI GRATIA* in libro contra Henricum VIII. Regem Angliæ sibi applicasse legitur; (*vide suprâ tb. 8. litt. ε.*) tamen ibidem Becmanus ingenuè simul provocat ad Rationes, ab ipso Lutero redditas. Huc enim spectare videntur voces Mitionis senis apud Terentium *in adelph. act. 5. sc. 3. v. 37: Duo cum Idem* faciunt sæpè, tamen potes dicere, hoc licet impunè facere *huic, illi non licet: non quod dissimilis Res sit, sed quod is, qui Facit.* Confer Greg. Richterum *in axiom. Politic. §. 139. p. 319.* ubi dicitur: *Heroici motus sunt supra Regulam.*

L.

2. si *Inferior & Subalternus*^a princeps titulum illum Sublimem^β sine ullo jure γ sibi adaptat.

a. Subalternatos Duces & Comites loquitur etiam Nic. Mylerus *in tr. de Statib. Imperii part. 1. c. 30. §. 7. p. 299.* ubi ait: nulli Duces aut Comites *Subalterni*, cujuscunq; Regis aut Monarchæ existant, utcunque se liberos esse pronuncient, suis rescriptis aut instrumentis publicis absq; læsæ Majestatis crimine uti audeant. arg. traditorum Anton. de Padilla *ad l. sacri effectus. 6. n. 3. C. de rescript.*

β. vid suprâ *tb. 11.*

γ. *Sine ullo jure*, dico; nam qui *Jure suo* utitur, nemini facit Injuriam. *L. injuriarum. 13. §. 1. ff. de Injuriis.* Proinde nequaquam huc tradendi sunt *Principes Imperii nostri*, de quibus suprâ *partis Prioris tb. 83. seqq.* & hujus Posterioris *tb. 6. litt. δ.* Per me tamen licet, ut Barth. Chassanæus *ad consuetudinum Burgundiæ proëm. § illa verba: Par la grace de Dieu* scripserat. Non debebat (*inquit ille Bartholomeus*) *po-grace de Dieu.* invehatur in Philippum Ducem Burgundiæ, qui se *par la nere* in suis literis, quod esset *Dux Burgundiæ DEI GRATIA* Simpliciter, cum alium Superiorem recognosceret.

LI.

3. fieri potest, ut *Summi principes* titulum *NOS DEI GRATIA* optimo jure sibi destinatum *Contrariâ actione* (uti loquitur J. Limnæus^a) denigrent, eoq; ipse, ut ha-
bent

bent adagiorum verba^β, Diis Hominibusq; non *Grati*,
sed *Invisi* existant.

α. in addition. Priorib. *ad lib. 4. I. P. c. 6. n. 15. p. 419. his verbis*: esse non
paucos, qui titulum (*Wir von Gottes Gnaden*) *Contraria actio-*
ne denigrent, putat Victor. Strigel. in Pl. 82. v. 6: etsi usitata est (in-
quit) in titulis Regum & Principum *hæc formula Nos DEI Gratiâ*, ta-
men multorum protestatio, uti loquuntur Jcti, est *Contraria factio*.
Non enim Glorificant dominum mundi, nec ei Gratias agunt, sed fa-
ciunt *DEO Ingrata*, defendunt Peccatores, interficiunt innocentes, ra-
piunt Briarei manibus, quantum volunt: deniq; infinitâ Petulan-
tiâ grassantur in genere humano. Idem locus Strigelii à Chr. Besoldo
in thes. pract. litt. G. n. 74. fol. 329. & Mart. Rümelino *dissert. 1. part.*
1. ad A. B. th. 4. allegatus deprehenditur.

β. recitata à Des. Erasmo. *p. 553. b. ibi*: Diis Hominibusq; *invisus*. Con-
fer *p. 55. b.* ubi adverbium *Ingratiis* explicat.



Hæc sunt quæ Ingenio Laboreq;, præprimis tamen
tuâ, ô *DEUS*, fretus *GRATIA*, de Titulo illo *NOS*
DEI GRATIA, dixi. Concludam nunc verbis, qui-
bus *GRATIA* plena virgo Maria [*κεχαρισμένη*, Lu-
cæ, l. 28.] subinde usâ fuisse fertur: [Hieron. Drexel. *in*
Prodromo Æternitatis, c. 2. §. 47. p. m. 277.]

DEO GRATIAS!



BIB
PON



Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including 'DIESE', 'MAOS', 'GOTT', 'Nobilitate', 'FROR GHTER', 'M. S. M. D. 17', 'Præceptorum', 'de Decem', 'H.', 'JOH. CORR. 17', and 'Typis & Imp.'.

Decorative border and text on the right edge of the page, including 'GOTT' and 'Nobilitate'.

